



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Barbatianvs Conf. 31. Decembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

jam poterat. Et verò ejulatus, & comploratio totâ urbe facta aures Imperatoris exoravit, factique pœnitens, censuit ipse hoc quoque ingens scelus esse, facere scelus voluisse. Intercà principium Apostolorum species dormienti oblata vocare SILVESTRVM jussit, qui sanctiores illi thermas ostenderet. Vocavit, & Christianis undis lotus, Iepram corporis animique exuit. Triumphum SILVESTRO mortuo anno CCC. XXXV. cælum decrivit. Ex Baronio.

Mittitur Virginis Filius, Filius Dei altissimi, & jubetur occidi, ut vulneribus meis pretioso sanguinis sui balsamo medeatur. Agnosce homo, quām gravia sint vulnera, pro quibus necesse est Dominum Christum vulnerari. S. Bern. serm. 3. de Nat.

## S. BARBATIANVS CONE.

31. Decembris.

**B**ARBATIANVS Sacerdos Antiochiâ Romam venit, credo ut virtus viri, & prodigia facilis inde in orbem se diffunderent. Etenim cùm sub adventum saurn cæcum, alteramq; oculis laborantem puellam curasret, oculos omnium insevertit: & cùm servulum Imp. Valentiniani per scalas precipitè in pedes erexit, ipsum sibi Imperatorem devinxit. Igitur à Placidâ Augustâ Ravennam deductus, auctor huic cœpit esse, ut D. Ioannis, quem Evangelistam dicimus, honori templum augustum moliretur. Persuasit, & ubi ad fastigium fabrica fuit deducta, ecce ipse Divus Ioannes Pontificali habitu insignis ædem sacraria visus est, & miraculi vestigium sandalium dextræ pedis Augustæ relinquere. Atque hoc templum, cùm oculi totum se BARBATIANVS addixisset,

mirabilis

miraculis pluribus decoravit. Nam cruce (familiari jam medicinâ) & strumam à collo nobilissimi adolescentis, & à matronâ sanguinis fluxum pepulit; atque hæc cum grata sèpius ad templum inviseret, sinistrâ suscipione ductus maritus, BARBATIANVM in templo stricto ferro aggreditur. Sed manus, pes, lingua hominis tam diu in loco obrigerunt, dum facilis etiam in hostes medicus BARBATIANVS precibus suis emolliit. Ex Ferrara.

Mulium meruit de nobis Deus, qui eò immeritis seipsum dedit nobis. Quid enim melius se ipso dare poterat vel ipse? Ergo si Dei meritum queritur, illud est precipuum, quia prior dilexit nos, dignus plane qui redametur præsertim si advertatur; Quis, Quos, Quantumq[ue] amaverit. S. Bern. de Dil. Deo

## S. COLUMBA VI RG. MART.

31. Decembris.

**I**NNOCENTIS COLUMBÆ sanguinem qui fundere hodie potuit, an non recte hunc accipitrem dixero? Fuit hic Aurelianus Imp. qui ubi Senonas (patriam COLUMBÆ) venit, illico in virginem castissimam involavit, prædamque filii amoribus servaturus, precibus, promissis, minis à Christi amplexibus virginē studuit avocare. Sed qui potuisse avelli, quæ his se tam arcte illigaverat, hedera? Ergo aut sacrificia, aut tyrannus, aut tute igne sacrificabere nec prius quam quem maximè amas pudorem Veneri litaveris. Risit ad illa virgo, ad hæc cohorruit. Nec mora, ad lupas abducitur; & ecce, Barucha juvenis princeps audaciæ & impudentiæ irrumpit. Quid faceret inter unguis milvi COLUMBA? Gemuit, & gemitus surdis homi-